

V. 1^a F.

(cat. 4, 10-33^b)



1725
25

DE
VOCE MAGISTRI
IN TITVLO ACADEMIAE LIPSIENSIS ETIAM OCCVRRENTE
NONNVLLA DISSERIT

ET
VIRO CLARISSIMO NOBILISSIMO
DOCTISSIMOQVE

DOMINO
ANDREAE STAVSIO

S. MINISTERII CANDIDATO DIGNISSIMO
SYMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB ALMA LEVCOREA

PRIDIE KAL. MAIAS A. R. G. CIOIO CCXXIX
IVRE MERITOQVE IMPETRATOS
EX ANIMO GRATVLATVR

IOANNES FRIDERICVS ROST.

LIPS.

LIPSIÆ, LITERIS SAALBACHIANIS.

1729.

86

(1) Idem l. c. p. 277. (2) In Panegyrico Academiae Lipsiensis p. 29. (3) In Theatro p. 98. (4) In Theatro p. 275. (5) In Theatro p. 275.

das Maies a. r. g. cio io ccxxix. perpetuo nostro obsequio & pietate nunquam non certissime perituras. Scribedam Lipiaae III. Kalen-
sophiae creatus es, breui inuentio tempore, Magister sacrae Theologiae renumeratus. Quod reliquum
cor, vt L. V. qui nunc, omnibus prudentibus bonis, virtutum L. V. A. R. M. non ignarus, magister l. mo-



1725
25

DE
VOCE MAGISTRI
IN TITVLO ACADEMIAE LIPSIENSIS ETIAM OCCVRRENTE
NONNVLLA DISSERIT

ET
*VIRO CLARISSIMO NOBILISSIMO
DOCTISSIMOQVE*

DOMINO
ANDREAE STAVSIO

1729.

S. MINISTERII CANDIDATO DIGNISSIMO
SYMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB ALMA LEVCOREA

FRIDIE KAL. MAIAS A. R. G. CIO IO CCXXIX
IVRE MERITOQVE IMPETRATOS
EX ANIMO GRATVLATVR

IOANNES FRIDERICVS ROST.

LIPS.

LIPSIÆ, LITERIS SAALBACHIANIS.



I qua mihi affulgere vnquam occasio potest, qua epistolam gratulandi causa exarare debeam: illa sane hoc tempore occurrere videtur, TE, VIR CLARISSIME, summos in Philosophia honores consecuto. Cur enim TIBI hos honores non gratularer, DOCTISSIME STAVSI, vtpote qui per integrum triennium me fratremque meum dilectissimum liberalibus artibus insituisisti, omnemque operam, laborem omnem adhibuisti, vt solida rerum Diuinarum & humanarum scientia animos nostros imbueres? Quum ergo per tot annos ad ingrediendam & suscipiendam optimorum studiorum rationem princeps mihi exiteris: earum rerum omnium, quas abs TE audiui, nunc etiam fructum, iure TVO, a me repetere potes, nec, quae mea in TE est pietas, vlli libentius has literas offeram, quam TIBI, fidsissimo & mei amantissimo Praeceptorum. Neque dubito, quin, pro insigni TVO in me amore, hanc leuidensem Epistolam aequi bonique consulturus, & si forte non omnia TIBI ex aere faciant satis, illa imbecillitati meae benigne sis condonaturus. Eo autem facilius hanc veniam abs TE me impetraturum esse, certus confido, quo magis haec epistola ab omni suspitione adulationis abest, quam cane petus & angue fugiendam esse, saepenumero mihi praecepisti. Quum igitur hic in laudes TVAS excurrere mihi non liceat, qui laudibus meis longè es maior, & publico nunc excellentis TVAE doctrinae testimonio ab Alma Leucorea coonestatus fueris: circumspiciendum mihi fuit aliud argumentum, quod in hac epistola pertractarem, ne inuitus etiam in laudes TVAS abreptus in modestiam TVAM, qua mirifice excellis, peccare viderer. Disseram itaque nonnulla de voce Magistri generatim; speciatim autem illam quaestionem breuibus excutiam, quinam per Magistros in literis ad illustrem Academiam Lipsiensem perferri, & ab ipsa subscribi solitis, ex mente Serenissimorum Fundatorum & ipsius Academiae intelligi debeant, in quibus vt & in literis aliarum quarundam Academicarum v. c. Vindobonenfis, Magistros Doctoribus praeponi, haud ignoras? (a) Nolo in praefatis recurrere ad antiquos Romanos, qui principes ex omni ordine *Magistros* appellauerunt (b), sed subsistam in illis limitibus, quibus scholae & academiae vocem Magistri circumscripserunt. Constat inter omnes, extitisse scholas ante Academiae, in Europa conditas, nec illud in dubium vocari poterit, eos, qui in his officinis studiosam iuuentutem omni literarum genere instruxerunt, *Magistros* dictos fuisse. Prouoco ad testimonium ALBERTI CRANTZII, Historici per insignis, qui in Vandalia sua hoc egregie confirmat. *Apud insignes Ecclesias, inquit, (c) nondum crebrescentibus publicis Academicis, qui nunc Scholastici, tum vocabantur Magistri, docentes in omni litterarum genere, in cunctis ingenuis & praeclaris artibus.* (d) Postquam autem plures Academiae passim erectae fuerunt: hanc vocem etiam retinuerunt, & illos, qui philosophiam & liberales artes in iis docebant, plerumque *Magistros*, aliquando etiam *Artistas* (e) appellauerunt, quos nunc Professores nominamus. Norunt ii, qui Antiquitatum Academicarum sunt periti, in Academia Parisiensi Facultatem artium & Philosophiae multo antiquiorem esse reliquis Facultatibus, (f) Medica, Canonica, Theologica, quae infrequentibus temporibus ei additae fuerunt, ea tamen lege, vt nemo ad magnificum Rectoris munus aspirare posset, nisi qui Facultati artium sit (g) adscriptus. Produxit varios eiusmodi Magistros, qui Lutetiae Parisiorum statim post tempora Caroli M. docuerunt, IOANNES LAVNOIVS, vir post fata etiam celeberrimus.

(a) Vid. GOLDSTVSI in Conf. Imperii p. 245. IO. CHRISTI.

ITERVS de honoribus academicis p. 23.

(b) Vid. Magnifici MENSENII Programmi de dignitate Magistri Lipsiensis, Declarationibus eius de Charlataneria eruditorum subintitulum p. 190.

(c) L. VII. c. 14.

(d) Debeo hoc testimonium Cel. HEVMANNO in Actis Philo-

soph. P. XVI. p. 602.

(e) HEVMANNVS I. c. p. 67.

(f) LAVNOIVS de scholis celeberrimis p. 177. CL. RINK in diff. de Imperatoribus primis perpetuis ac solis Academicarum in Germania Autoribus p. 22.

(g) IO. FILESACVS in status Facult. Theol. Parisiensis, CAES. REGAS. BVLAEVS Hist. Vni. Paris. T. I. RINK I. c.

mus, in libro eleganti de scholis celebribus, (h) & inter hos Remigium Antisiodorensium laudat, quem FLODOARDVS in lib. IV. Hist. Rhem. c. 9. *Magistrum*, dicit, *qui liber alium studiiu adolescentem exercuerit.* Floruit & eodem tempore Odo, Cluniacensis, qui Philosophiam professus est, & a Launoio l. c. *Magister* dicitur. (i) Taceo innumera alia testimonia, quibus hoc confirmari possit, si opus foret, miror potius, viros quosdam clarissimos, nostra aetate, per eiusmodi Magistros solos Magistros seu Doctores Theologiae intelligere posse, exclusis reliquarum artium, reliquarum Facultatum Professoribus. At enim uero, quis ex literis, a Legato Pontificio MCCXV. mense Augusto ad Academiam Parisiensem perscriptis, (k) solos Doctores Theologiae exculpet, & Magistros seu Professores Philosophiae remouebit? *R. seruus crucis Christi*, inquit, *diuina miseratione tituli sancti Stephani in Coelio monte P. esbyter Cardinalis, Apostolicae sedis Legatus, vniuersis Magistris & scholaribus salutem?* Quae uero in literis ipsis occurrunt uerba, satis superque testantur, illas ad Professores Philosophiae praecipue pertinere, quum qua ratione & artes & Aristotelem de *Metaphysica* & *naturali Philosophia* praelegere debeant, illis iniungatur, contra Magistris Theologiae nihil plane praecipiat. Quamquam uero Magistros Theologiae ex his literis penitus excludere nolim, sed illos vna cum reliquarum Facultatum Professoribus intelligi arbitrer: eodem tamen iure & in aliis literis, ad eandem Academiam scriptis, Professores vti reliquarum, ita & Facultatis artium & Philosophiae, Doctoribus etiam praepositi, titulo Magistrorum se tuebuntur, nec solos Doctores Theologiae hoc nomine insigniri patientur. Dabo inscriptionem epistolae Urbani VI. ad Academiam Parisiensem transmissae. (l) Ita uero hic Pontifex: *Urbanus Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis, Rectori, Magistris, Doctoribus, Scholaribus, & Vniuersitati studii Parisiensis, salutem & Apostolicam benedictionem.* Scriptae sunt hae literae ad totam Academiam Parisiensem, non ad solos Theologos, qui si soli Magistrorum titulum sibi vindicare vellent, Philosophiae & liberalium artium Professores plane non nominarentur, qui tamen a prima fundatione Academiae *καὶ ἐξ ἄρχῃ* Magistri appellati fuere, & qui Magistris Theologiae in Academia Parisiensi multo sunt antiquiores. Recte in hanc sententiam GL. I T T E R V S: (m) *Generali hac Magistris appellatione, inquit, omnium disciplinarum Doctores, Professores, Praeceptores cooperent denotari.* At quorsum haec? inquires, DOCTISSIME STAVSI. Habe ergo, me haec omnia non in alium finem attulisse, quam vt eo breuius ad quaestionem illam respondere possem supra propositam, quum per Magistros in literis ad Acad. Lipsi. a prima eius origine ad hunc diem perscribi, vel ab ea subscribi solitis: *Rector, Magistri & Doctores*, intelligantur? Digna est habita haec quaestio, quae a variis proposita, varia etiam ratione discussa fuerit. Alii omnes & singulos Magistros Philosophiae intelligunt, & mire illis blandiuntur, ipsos etiam Doctores praeferrunt. Alii per Magistros, Doctores Theologiae hic significari putant; (n) alii denique praepositos vtriusque Maioris & Minoris Principum Collegii indignant, *qui iurisdictionem habent, in statutis Collegiorum, quibus praepositi sunt, Magistri domus vocantur, adeoque in antiquis literis ipsi Rectori adlati quae sponuntur.* (o) Sed nulla harum sententiarum ita mihi arrisit, vt plane in illam concesserim, nec de noua excogitanda & corroboranda sollicitus fuerim. Nolo illas pluribus confutare, sed neruos tantummodo eis incidam, & deinde meam TECUM, VIR NOBILISSIME, communicabo sententiam. Quod ad primam attinet, optarem quidem, vt hanc dignitatem omnibus Magistris, ab Academia Lipsiensi renuntiatis, vindicare possem, quod & ipsi Doctores illis postponantur. At enim uero, quemadmodum ex sequentibus patebit, hanc sententiam firmo fundamento haud superstructam esse: ita nulli spuria eiusmodi dignitate adulari vellem. Altera sententia magis est verosimilis, nec vera tamen. Dabo eius Patronis illud, Doctores Theologiae Magistros subinde appellari, at illud etiam mihi concedent, pluries audire illos Magistros Theologiae vel Magistros in Theologia, quam solos

(h) p. 177.

(i) p. 178.

(k) Habentur apud Launoium de varia Aristotelis fortuna in Academia Parisiensi p. 195.

(l) Launoius de Schol. celeb. p. 231. (m) Lib. cit. p. 18.

(n) HEYMANNVS lib. cit. p. 619.

(o) LVNIGIVS im Europaischen Staats-Titular-Buch p. 371.

Magistros. Praeterea si per Magistros soli Magistri Theologiae denotentur, qua voce exprimentur Professores liberalium artium & Philosophiae: Quum enim Doctoris titulum soli hic sibi arrogent, qui vel in Theologia vel in Iurisprudentia aut Medicina supremum gradum obtinuerunt: Professores Philosophiae plane nullum in hac inscriptione vel subscriptione locum haberent, qui qua ratione excludi possint, & numero plures singularum Facultatum Professoribus, Magistrique, ab ipsa origine Academiae, nuncupati, ego quidem plane non video. Tertiae sententiae, quae etiam iurisdictio Collegiorum a Cl. Lunigio (p) agnoscitur, aliquid veri subesse non diffiteor, at omni ex parte veram esse, dubito. Dicam tibi potius meam sententiam libere, illamque ita confirmabo, vt de illius veritate dubitandi omnis occasio praescindatur. Arbitror scilicet, per Magistros in inscriptione & subscriptione eiusmodi literarum, quae eandem cum ipsa Academia antiquitatem agnoscunt, ex mente Serenissimorum Fundatorum & ipsius Academiae non alios intelligi posse quam illos, qui Academiae ipsam primum constituerunt, hos vero non alios fuisse, quam viginti illos Professores, ab ipsis Fundatoribus salario perpetuo donatos, quorum duodecim in Maiori Principum Collegio (inter quos & vnus Magister Sacrae Theologiae esse debuit) & octo in minori Collegio ordinati fuerunt. Extra hos vtriusque Collegii socios nulli alii fuerunt in Academia Lipsiensi tunc temporis Professores, & hi ipsi Professores, vt in documentis Academiae Parisiensis, ad quam Pragensis, ad Pragensem vero Lipsiensis erecta est, ita & in FRIDERICI BELLICOSI, & WILHELMI Diuitis literis foundationis A. MCCCIX. die secundo Decembris & ALEXANDRI V. Bulla confirmationis eodem anno, die IX. Septembris subscriptis, Magistri appellantur, & doctoribus praepouuntur. Ita autem Fundatores: (q) *Item quod Magistri, inquit, & Doctores & Studentes eo libentius ad dictum studium confluant, studeant, & laborent, deputauimus pro viginti Magistris stipendia, seu salariam perpetuum, quingentorum florinorum, quos annuatim de camera nostra persoluere volumus, iuxta ordinationem infra scriptam, quousque tantum in perpetuis redditibus, poterimus, iisdem prouidere, & quam primum poterimus, de censibus perpetuis ipsis curabimus prouidere. Item volumus & ordinamus, vt in Maiori Collegio sint duodecim Magistri, quorum quilibet pro salario habebit triginta florinos annuatim, inter quos debet esse vnus Magister Sacrae Theologiae, qui ultra praedictam summam habebit triginta florinos omni anno. Et sic praedicti duodecim Magistri in tota summa trecentos nonaginta florinos habebunt. Item volumus, quod in minori Collegio sint octo Magistri, de quolibet Natione duo, quorum quilibet pro salario annuatim habebit duodecim florinos. Neque minus huc pertinent verba Alexandri V. (r) Quibus quidem Magistris, ait, Doctoribus atque aliis, legentibus, & se exercentibus, pro tempore in scientiis, atque facultatibus ante dictis, in oppido memorato, ipsi fratres de habitaculis & salariis conuenientibus, pro tempore providebunt &c. prout viginti Magistri in eisdem artibus, vel qui causa exercentis se, in eodem oppido, in artibus & aliis scientiis huiusmodi ad illud declinarunt, de vitae necessariis, & stipendiis conuenienter habentibus prouiderunt, & etiam in futurum, prouidere proponunt. Er paulo post idem Pontifex: De caetero si studium generale illudque perpetuum, in Theologia, ac viroque Iure, videlicet Canonico & Ciuili, ac etiam in Medicina, & Philosophia, & in facultatibus ante dictis quoque Magistri, & Doctores, nec non alii Graduati, & studentes ibidem gaudeant & entur omnibus priuilegiis, libertatibus atque immunitatibus, concessis docentibus, & studentibus in eisdem scientiis & facultatibus, in aliis generalibus quibuscunque. Haec duo Collegia, a Friderico Bellicoso fun data, totius Academiae fundamentum esse affirmat ALEXANDRI PECKENSTEINIUS, (s) horum socios, iudice IOANNE FRIDERICO, (t) benignissimi fundatores quasi Praefides & Custodes disciplinae & doctrinae eruditae voluerunt, ex horum etiam numero primum Rectores Magnificos electos fuisse, constat, ita, vt inter vndecim primos Academiae Lipsiensis Rectores, vnus tantummodo occurrat, qui non Maioris Principum Collegii socius extitit. Atque si haec argumenta coniungantur omnia, quae ob spatii angustiam pluribus confirmare non licet, sententiam meam extra omnem dubitationem positam esse, apparebit. Sed TE, rogo iudicem, CLARISSIME MAGISTER, meoque & fratris mei nomine sincera mente precor, vt TV, qui nunc, omnibus prudentibus bonis, virtutum TVARVM meritis non ignaris, Magister Philosophiae creatus es, breui interiecto tempore, Magister Sacrae Theologiae reuerteris. Quod reliquum est, vale ex animi sententia, PRAECEPTOR OPTIME, & me meumque fratrem, quod facis, ama, de perpetuo nostro obsequio & pietate nunquam non certissime persuasus. Scribebam Lipsiae III. Kalendas Maias A. R. G. C. D. I. D. CC. XXI. X.*

(p) Idem L. c. (q) SCHNEIDERI Chronicon Lipsiense p. 275.

(r) Idem l. c. p. 277.

(s) In Theatro p. 93.

(t) In Panegyrico Academiae Lipsiensis p. 29.

Magistros. Praeterea si per Magistros solum Magistri Theologiae denotentur, qua voce exprimentur Professores liberalium artium & Philosophiae? Quum enim Doctoris titulum sibi hinc arrogent, qui vel in Theologia vel in Iurisprudencia aut Medicina supremum gradum obtinuerunt: Professores Philosophiae plane nullum in hac inscriptione vel subscriptione locum haberent, qui qua ratione excludi possint, & numero plures singularum Facultatum Professoribus, Magistrique, ab ipsa origine Academiae, nuncupati, ego quidem plane non video. Tertiae sententiae, qua etiam iurisdictione Collegiorum a Cl. Lunigio (p) agnoscitur, aliquid veri subesse non diffiteor, ac omni ex parte veram esse, dubito. Dicam tibi potius meam sententiam libere, illamque ita confirmabo, vt de illius veritate dubitandi omnino casus praescindatur. Arbitror scilicet, per Magistros in inscriptione & subscriptione eiusmodi literarum, quae eandem cum ipsa Academia antiquitatem agnoscunt, ex mente Serenissimorum Fundatorum & ipsius Academiae non alios intelligi posse quam illos, qui Academiae ipsam primum constituerunt, hos vero non alios fuisse, quam viginti illos Professores, ab ipsis Fundatoribus salario perpetuo donatos, quorum duodecim in Maiori Principum Collegio (inter quos & vnus Magister Sacrae Theologiae esse debuit) & octo in minori Collegio ordinati fuerunt. Extra hos vtriusque Collegii socios nulli alii fuerunt in Academia Lipsiensi tunc temporis Professores, & hi ipsi Professores, vt in documentis Academiae Parisiensis, ad quam Pragensis, ad Pragensem vero Lipsiensis erecta est, ita & in FRIDERICI BELlicosI, & WILHELMI Diuitis literis foundationis A. MCCCIX. die secundo Decembris & ALEXANDRI V. Bulla confirmationis, eodem anno, die IX. Septembris subscriptis, *Magistri* appellantur, & doctoribus praeponuntur. Ita autem Fundatores: (q) *Item quod Magistri, inquit, & Doctores & Studentes eo libentius ad dictum studium confluant, studeant, & laborent, deputauimus pro viginti Magistris stipendia, seu salariam perpetuum, quingentorum florinorum, quos annuatim de camera nostra persolvere volumus, iuxta ordinationem infra scriptam, quousque tantum in perpetuis redditibus, poterimus, iisdem providere, & quam primum poterimus, de censibus perpetuis ipsis curabimus providere. Item volumus & ordinamus, vt in Maiori Collegio sint duodecim Magistri, quorum quilibet pro salario habeat triginta florinos annuatim, inter quos debet esse vnus Magister Sacrae Theologiae, qui ultra praedictam summam habeat triginta florinos omni anno. Et sic praedicti duodecim Magistri in tota summa trecentos nonaginta florinos habeant. Item volumus, quod in minori Collegio sint octo Magistri, de quolibet Natione duo, quorum quilibet pro salario annuatim habeat duodecim florinos. Neque minus huc pertinent verba Alexandri V. (r) *Quibus quidem Magistris, ait, Doctoribus atque aliis, legentibus, & se exercentibus, pro tempore in scientiis, atque facultatibus ante dictis, in oppido memorato, ipsi fratres de habitaculis & salariis conuenientibus, pro tempore providebunt &c. prout viginti Magistris in eisdem artibus, vel qui causa exercendi se, in eodem oppido, in artibus & aliis scientiis huiusmodi ad illud declinarunt, de vitae necessariis, & stipendiis conuenienter haecenus prouiderunt, & etiam in futurum, prouidere proponunt.* Et paulo post idem Pontifex: *De caetero sit studium generale illudque per peruum, in Theologia, ac viroque Iure, videlicet Canonico & Ciuili, ac etiam in Medicina, & Philosophia, & in Facultatibus ante dictis quoque Magistris, & Doctores, nec non alii Graduati, & Studentes ibidem gaudeant & vtiantur omnibus priuilegiis, libertatibus atque immunitatibus, concessis doctentibus, & studentibus in eisdem scientiis & facultatibus, in aliis generalibus quibuscunque. Haec duo Collegia, a Friderico Bellicoso fundata, totius Academiae fundamentum esse affirmat LAURENTIUS PECKERSTEINIUS, (s) horum socios, iudice IOANNE FRIDERICO, (t) benignissimi fundatores quasi Praesides & Custodes disciplinae & doctrinae eruditae voluerunt, ex horum etiam numero primum Rectores Magnificos electos fuisse, constat, ita, vt inter vndecim primum Academiae Lipsiensis Rectores, vnus tantummodo occurrat, qui non Maioris Principum Collegii socius exitit. Atque si haec argumenta coniungantur omnia, quae ob spatii angustiam pluribus confirmare non licet, sententiam meam extra omnem dubitationem positam esse, apparebit. Sed TE, rogo iudicem, CLARISSIME MAGISTER, meoque & fratris mei nomine sincera mente pre-**

Yc 6897

20

III




5b.

1077

n. l.





undis Vir Optimus pru-
culentius intelligatur ;
eri cupiunt, quales ipsos
rum enim est, diligen-
ERSTEINII, in tabulis
aque, fortitionis tempo-
ud nos profitentur, non
, qui cum vitae studio



servantia et humanitate
om. A. MDCCXLIII.
EMIANA. don. 1810/11

14 25
25

DE
VOCE MAGISTRI
IN TITVLO ACADEMIAE LIPSIENSIS ETIAM OCCVRENTE
NONNVLLA DISSERIT

ET
*VIRO CLARISSIMO NOBILISSIMO
DOCTISSIMOQVE*

1729.

DOMINO
ANDREAE STAVSIO

S. MINISTERII CANDIDATO DIGNISSIMO
SYMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB ALMA LEVCOREA

PRIDIE KAL. MAIAS A. R. G. CIO IO CCXXIX
IVRE MERITOQVE IMPETRATOS
EX ANIMO GRATVLTATVR

IOANNES FRIDERICVS ROST.

LIPS.

LIPSIÆ, LITERIS SAALBACHIANIS.

20
4,30

